in tanta ammiratione habita· ut hoc ipſum
capiſterium eiuſ loci incole in eccleſie ingreſ
ſu ſuſpenderent· quatinuſ & preſenteſ & ſe
cuturi omneſ agnoſcerent· benedictuſ puer
conuerſationiſ gratiam a quanta perfectione
cepiſſet· Quod annis multiſ illic ante
oculoſ omnium fuit· & uſque adhec langobar
dorum tempora ſuper foreſ eccleſie pependit·
Sed benedictuſ pluſ appetenſ mala mun
di perpeti quam laudeſ· pro deo laboribus fatigari
quam uite huiuſ fauoribus extolli· nutricem
ſuam occulte fugienſ· deſerti loci ſeceſſum
petiit· cui ſublacuſ uocabulum eſt· qui a ro
mana urbe quadraginta ferme milibus
diſtanſ· frigidaſ atque perſpicuaſ emanat aquaſ·
Que illic uidelicet aquarum habundantia
in extenſo priuſ lacu colligitur· ad poſtre
mum uero in amnem deriuatur· Quo dum fugi
enſ pergeret monachuſ quidam romanuſ no
mine hunc euntem repperit· quo tenderet
requiſiuit· Cuiuſ cum deſiderium cogno
uiſſet· & ſecretum tenuit· & adiutorium
impendit· eique ſancte conuerſationiſ habitum
tradidit· & in quantum licuit miniſtrauit·
Vir autem dei ad eundem locum perueniens· in
artiſſimo ſpecu ſe tradidit· tribuſque an
niſ excepto romano monacho hominibus
incognituſ manſit· Qui uidelicet romanus
non longe in monaſterio· ſub adeodati patriſ
regula degebat· Sed pie eiuſdem patriſ

License: cc-by-nc-sa – Scherpenheuvel-Zichem, Abdij der Norbertijnen van Averbode, Archief, Sectie IV, hs. 431, 70, fol. [2]v – Gregorius I, <i>Dialogorum libri IV</i> (https://fragmentarium.ms/view/page/F-ed5n/8161/64145)